

edone. I. Vocati sunt Pastores ad saluandum puerum natum, qui custodiebant vigilias noctis super gregem suum, vel ut habet Textus Græcus, erant in agro stabulantes, hoc est studio cubantes cum grege; sed si infantulus natus fuisset intra urbem, quæ erat tunc temporis muris cincta, & nocte a milite custodita, Pastores non eum facile inuenissent: ergo &c. II. Herodes non solum iussit occidi pueros, qui nati essent in Bethleem, sed etiam in omnibus finibus ejus: ergo nomine Bethleem non solum venit urbs, sed & suburbium, & conjunctus ager, & etiam omnes fines ejus. III. In spelunca, quæ erat destinata ad recipiendum bruta animantia debebat esse præsepium, quod deseruit contineendo brutorum pabulo; sed B. Virgo non habens locum in diversorio, in spelunca peperit, & infan-tem in præsepio, quod in promptu erat reclinauit. Hoc ipsum confirmant Augustinus serm. 2. de Epiphania, Zeno Veronensis serm. 3. de nativitate, Athanasius, vel quisquis est Author sermonis de censu, seu de nativitate, Epiphanius, vel cujuscunque sit oratio de laudibus B. Virginis; qui omnes Christum scribunt in stabulo natum. Denique quod fuerit spelunca saxo excavata asserit Hieronymus epist. 17. eam vocans *parvorum terre foramen*; Eusebius lib. 3. de vita Constantini *antrum* appellat. Beda lib. de locis sanctis cap. 8. *Semiantrum* vocitat. Et hoc juxta morem regionis, quia, ut observat Strabo, alique Geographi, tota illa regio est petrosa, & multæ in illa sunt domus saxi inclusæ.

III. Conclusionis pars, scilicet de Præsepio probatur. Burchardus in descript. Terræ Sanctæ part. 1. cap. 7. asserit fuisse illud excisum in rupe; Chrysostomus serm. ad cap. 2. Lucæ ait, fuisse lateritium, seu ex luto coctili compactum. Ad præsens tamen videtur Romæ ad Sanctam Mariam Majorem ligneum, & gemmis ornatum. Sed apparentem oppositionem conciliat Serry, dicens: „Burchardus enim, & Joannes Chrysostomus, non de ipso vase loquuntur, cum constat fuisse ligneum, servaturque nunc Romæ: sed de structura illa exigua, quæ ipsum præsepium continebat, quæque vel lapidea erat, vel lateritia. Ad majorem quippe firmitudinem vas ligneum lapideum, seu lateritiæ cavitati inclusum erat; & utrunque perinde præsepium non incongrue nuncupatur. Ut silicam lau-

„ datum sermonem dubium esse S. Chryso-

„ stomi factum, viderique Scriptoris Lati-

„ ni admodum recentioris „

Bruta vero animantia, quæ in Christi præ-

„ sepio alligata creduntur, & eum statu

„ suo, & habitu, fovebant; Serry negat,

„ & dicit, hanc fabellam originem ha-

„ buisse ab Authore Poematis, quod La-

„ tancio falso adscribitur, *de Passione Do-*

„ *mini*, & deinde quod a Pictoribus habuit

„ incrementum, Baronius vero non fabel-

„ lam, sed historiam putat esse veram, ad-

„ ducens textum Habacuc cap. 3. Secundum

„ septuaginta duos Interpretes & Hiero-

„ nymis explicationem epist. 27. quæ est

„ ad Eustochium, ubi hæc scribit de Pau-

„ la: „ Inde Bethleem ingressa, in specum

„ Salvatoris introiens, postquam vidit sa-

„ crum Virginis diversorium, & stabulum,

„ in quo agnovit bos possessorem suum, &

„ asinus præsepium Domini sui, ut illud im-

„ plexeret, quod in eodem propheta scriptum

„ est: *Beatus qui seminat super aquas, ubi bos,*

„ *& asinus calcant*, me audiente, jurabat,

„ cernere se oculis fidei infantem pannis

„ involutum, vagientem in præsepium Do-

„ minum, Magos adorantes, stellam ful-

„ gentem desuper, Matrem Virginem, Nu-

„ tricum sedulum, pastores nocte venien-

„ tes, ut viderent Verbum, quod factum

„ erat &c. „ Subdit eodem loco, quod ead-

„ dem de bove, & asino, narrant Nazian-

„ zenus, vel quisquis alius est author ora-

„ tionis de Christi nativitate, Nyssenus sive

„ verus, sive personatus, de Christi nati-

„ vitate. Paulinus ad Severum epist. 11. Cy-

„ rillus Cathec. 2. Prudentius in Cath. die

„ 8. Kal. Januarii, Damascenus in carmine

„ de Nativitate Christi. Quos Authores, di-

„ cit Serry, scripsisse figurate, & allego-

„ rice; eosque nomine bovis intellexisse

„ Judæos, qui in Pastorum persona in præ-

„ sepio adoraverunt Christum; nomine

„ vero asini intellexisse Gentiles; qui per

„ Magos Christum etiam in præsepio ado-

„ rarunt. Et sic habet verba Ambrosii, quæ

„ apud ipsum sunt quæ sequuntur: *Quod in*

„ *pannis est Christus, vides: quod in cælis est,*

„ *non vides? Infantis audis vagitus, non au-*

„ *dis bovis Dominum agnoscentis mugitus?*

„ *Agnovit enim bos possessorem suum, & asinus*

„ *præsepium Domini sui; imo præsepium dixerim,*

„ *sicut scripsit, qui transtulit. Nihil enim*

„ *apud me distat in verbo, quod non distat in*

„ *sensu. Nam si orator illorum, (Demost.*

„ *pro Cresiphonte) qui phaleras sermonum*

„ *sequuntur, negat, in hoc positas esse fortu-*

„ *nas Græciæ, hoc, an illo verbo usus sit, sed*

„ *rem*